Curia nra fuerimus faeliciter constituti feria etc. mens instans pro-
xima Ad instantiam Instigatoris nostri perth et peremptorie compa-
reas Qui te ex Delone Generosi N. Capitanei nostri ius legitimum
super Capitaneatum nostrum N. omnesq illius villas cum attinen-
tijs habentis citat pro eo Quia tu in Praeiudicium Juris ipsius dela-
toris quod ipsi super praedictum Capitaneatum nrum N. Villasq illius om-
nes et singulas gratiose concessimus Superioritatis vero nrae lesionem
villam memoratam nram antiquitus ad eundem Capitaneatum nrum
praedictum pertinen et in corpore eiusdem Capitanei existem nullo iure
iusto a nobis habito occupas fructus et emolumenta exinde perci-
pis Quem quidem Capitaneum nrum licet Commissarij nostri Vigore
consensus nostri eidem delatori dati pmissis literis innotescen-
tis sua super quosvis eiusdem Capitaneatus et villarum ad id
pertinen occupatores ac alios omnes et singulos ius et interesse
habere se desuper putan eidem delatori adiudicaverint deoc-
cupationem ipsius decreverint dandamq intrtom cum possone in-
iunxerint Nihilominus tu ultra hocce decretum Commissariorum
nostrorum nullo iure iusto aut titulo ltimo coram Commissario-
rum nostrorum iudicio in termo illo ex literis innotescentis commis-
sarialis provenien peremptorio deducto aut et comprobato eius-
dem villa nra intrtom ac possionem acceptatam non admisisti imo
eandem contravenien Superioritati ac Juri nro Regio Commis-
sariorumq nostrorum Decreto impugnasti quo nomine plurimum
damni Instigator noster una cum eodem delatore patitur illudq
taxant et aestimant etc. flor monetae et numeri Regni nri prout
protocollo eo nomine contra te facta pmissa latius in se continet ad
quam cum praesenti cittatione sua Instigator noster Una cum eo-
dem Delatore se refert. Citaris itaq ad viden et audien ea oma
tibi in advenienti termino latius obijci atq deduci ad deoccupa-
tionem bonorum nrorum villae pdictae Iudicialiter compelli necnon
in damnis superius taxatis nos ex tui iniuridica occupone ac
fructuum receptione secutis condemnari ac quod de iure venerit
in pmissis contra te statui et decerni Sis itaq pariturus asser-
tum ius tuum et Privilegium si quod te ad bona nra pdicta ha-
bere ptendis in suprascripto termino reproducturus ac si quid
iuridicum tibi competierit responsurus Datum etc.

Citatio ad prosequen appellonem

Stephanus etc. Tibi Excellenti etc. de omnibus et singulis bonis
tuis mobilibus et imobbus per te quomodolibet et ubilibet locorum
privato iuris ac Dominij titulo habitis et possis Mandamus ut
coram nobis et Iudicio nro Warsaviae ubi tunc cum Curia nra fue-
rimus faeliciter constituti feria etc. mens instans proxima Ad
instantiam Nobilis N. perth ac peremptorie compareas Qui
te tam suo quam etiam Nobilium N. sororum suarum germanarum

tutorio nomine citat et adcitat ad proseguen et continuan appellonem
seu appellones suas a Sententia sive Sententijs assertis tam inter-
locutorijs quam etiam alijs quibusvis Famatorum Proconsulis
et Consulum residentium civitatis nrae N. pro parte tua et contra
ipsum actorem suasq sorores minus iuridice prolatis ad nos et
Judicium nrum interpositas et per illud officium Consulare N.
in levipendium superioritatis nostrae Regiae tanquam supremi
Judicis non admisistis et hoc in causa et actione quadam quam
tu eidem Actori pro ipsius interesse et tanquam sororum suarum
praedictarum tutori coram eodem officio Consulari N. occasione cuius-
dam assertae exdivisionis Bonorum tum etiam assertarum ex-
pensarum in ipsum Actorem suasq sorores quasi tutorio nomine factarum
exindeq secuturum damnorum instituisti Et in qua officium
illud civile non attentis iustis ac iuridicis ipsius Actoris in Judicium
ipsorum illatis ac certis Privilegijs et Decretis Serenissimorum antecessorum
nrorum suffultis exceptionibus et allegationibus Sententias nonnul-
las interlocutorias ac alias quasi ex ulteriori processu in negotio
Principali extra libellum et terminum sumpta sibi interpretandorum
Privilegiorum (quorum cognitio nobis tantum ipsis competit) ille-
gitima cognitione contra ipsum Actorem suasq sorores te urgente
protulit ac ab eiusmodi sententijs assertis toties interpositae
appellationi etiam a Decreto directae responsionis eidem iniunctae
deferre noluit prout et non detulit in grave Actoris suarumq soro-
rum ac iuris publici praeiudicium superioritatis vero nostrae Regiae
levipendium quemadmodum de ijs omnibus non admissis ex(?) stat ap-
pellationibus et tanto gravamine ac earundem appellonum non
admissarum prosequutionibus solenniter mihi est protestatum Ad
quam protonem seu protones idem Actor sese cum sua praesenti
citatione in toto refert Ideo citaris ad prosequen et continuan
appellones praedictas interpositas et per illud officium minus iuri-
dice non admissas necnon ad viden et audien ea omnia tibi in ter-
mino advenienti ex beneficio iuris Culmen latius obijci deduci atque
probari Sententias illas assertas una cum agitato desuper proces-
su ex rationibus in actu controversis in vim exceptionis fori de-
clinatorij illatis et in advenienti termino inferen tanquam iniuridi-
cas cassari et nullitatis vitio subiacere debere decerni Acto-
rem cum suis sororibus tanquam Nobiles et Privilegiatas per-
sonas in iure suo conservari te vero in damnis ipsorum Actorem
suasq sorores ex iniuridico tuo tractu secutis quae sibi cum sub
sororibus re Decem flor pol taxat et aestimat mediante in
rei decreto nro condemnari Ac quod de iure decreverit in Commis-
sis statui et decerni Sis itaq pariturus praedictas apelones
interpositas prosequen attentaturus ac si quid iuridice com-
petierit sibi allegaturus Datum etc.

Citto offij occe non admissae apelonis